Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31431
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



huius civitatis. Mandat etiam tam suppositis Concilii celebrantibus quam aliis sacerdotibus in hac civitate existentibus ut in missis suis dicant aliquid orationum pacis et unitatis ecclesie.

Ut negotia que in deputationibus agunt Concilii agunt deus celo pietatis aspiret et prosperari faciat. Expedit ut hii qui illa tractant ad illas deputationes decenter accedant. Preterea quilibet deputatus antequam negotiari incipiat audiat in qua missam in loco quem ordinavit ipse vel alia deputationum ibidem omnes de deputatione existent antequam insi forsitan aliqui sint ipse celebrantes.

Tempore divinorum non fiant inutiles collocutiones et confabulationes per quilibet vel aliquem contemplet que agunt et dicunt in missa.

Et quoniam ut inquit Thobias bona est oratio cum elemosina et ieunio cuilibet de conclavi saltem in ebdomada sexta vel alia ieunet et sicut Moyses cum legem meruit accipere ieunavit sic et nos legem reformationis a dno accepturi et traditurii in mundo fiat ieunio. Cui autem ieunare non potest det elemosinam.

Aliis autem diebus quilibet in mensa sua seruet sobrietatem moderationemque abstinentiam. Etiam si hospites assint non multitudine ac reprehensibili varietate ferculorum sed modestia et competenti refectione honorent.

Prelati in mensis suis studeant huiusmodi decreta Toletanum quod tale est pro reverentia dei et sacerdotum id omnino constituit. Etiam modus ut quia solent crebro mensis otiose fabule interponi in omni sacerdotali convivio divinarum scripturarum lectio insecetur per hoc et alie edificant ad bonum et fabule non inutiles prohibentur.

Quilibet etiam ecclesiastica persona antequam cibum sumat mensam benedicat et post refectionem gratias agat ab ecclesia instituta diuturno non negligat.

Cauteant suppositi conclavii ad tollendas temptationes et murmurationes ne quidem vel suspecta familiaritas cum mulieribus habeant.

Suppositi conclavii abstineant a vitiis detractoribus contentiosis seu rebus et male edificantibus quibus accurate studeat ne factis aut verbis proximum scandalizet.

In via quilibet incedat pudicus oculis cum modestia et gravitate ad loca ubi honesta eo vadat nec ad spectacula publica choreas ludos hastiludia torneamenta et alia huiusmodi.

Vestimentis utant put sacri canones statuunt abstineant a coloribus rubicis ac viridibus excessive vestimenta deferant talaria et tam retro quam a lateribus et ante clausa et sine manicis ad cubitum pendentibus et absque forratura ultra oram excedentibus etiam in femoris